



**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvitiensis Ordinis S.  
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,  
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac  
sumptu haud ita modico ...**

**Rupert <von Deutz>**

**Colonia, M. D. XXVI.**

**VD16 R 3796**

Quid sit p[ro]cessio siue p[ro]cedere, & cur de semetip[s]o loque[n]s  
p[re]terito t[emp]ore dixit, p[ro]cessi de sancto aut[em] sp[irit]u dixit,  
p[ro]cessi de sancto aut[em] sp[irit]u dixit præsentis ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

per terram in aere uolat, quæ per terram siue quadrupes siue bipes ambulat, aut sine pedibus reptat, ad summū quæcūq; deo dicēte facta, deo mandante suū, creata, quorū nō uisimū atq; pulcherrimū est creatura humana, & de qbus oibus scriptū est, quia uidit deus oia, quæ fecerat & erant ualde bona. Patet (inquā) est attendere hæc in processione huius spiritus dei, nisi leuatis (ut iā dicitū est) oculis uideas, quousq; processerit, & adhuc in opere suo processurus sit, uidelicet donec sedeat filius hominis in sede maiestatis suæ, p̄tatem habens faciendi iudiciū à dextris & à sinistris. Filius (in q̄) hominis principii creaturæ & summa creationis siue processione huius, spiritus dei quia propter ip̄m, & per ip̄m oia facta sunt, sic supra memoratū est cum testimonio sermonis ap̄lici, quo dixit: decebat em̄ cū, propter quem oia & p̄ quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, autorem salutis eorum per passionem consummari.

Gene. 1

Filius hominis

Heb. 2

**I**tem de processione spiritus sancti, quid differat a processione filij, quā dixit filius, ego enim ex deo processi & ueni. Caput XIII.



Equamur attentius cū glorificatōe trinitatis, maiestatem huius processione, & hoc nobis sit formare uel iure sacerdotali edere panes p̄positiōis de mēsa sanctuarij celestis quā dñs in cōspectu n̄ro parauit, qd̄ scripturas ueritatis fideliter tractādo dignas deo, qd̄ possum⁹, facere possum⁹ hostias pulchræ laudatōis. Dicēdū i p̄tibus, ip̄a processio uel ip̄m procedere quid sit, deinde qd̄ distet inter processione sp̄s sancti & processione filij, qm̄ & ipse de semetip̄o loquens, hoc uerbo usus est, dicēdo ludæis. Si deus pater uester esset, diligeretis utrūq;. Ego em̄ ex deo processi & ueni. Neq; em̄ à meip̄so ueni, sed ille me misit. Duo uerba dixit, processi & ueni, & nimis angustū est, si in his duobus uerbis unū idēq; intelligere uelis, scilicet nihil aliud q̄ qd̄ in hunc mundū ueniēs, q̄ inuisibilis erat apud deū, uisibilis p̄ assumptā carnem apparuit. Latior sensus & amplioris intelligentiæ, lumen ē, si duas natiuitates eius suscipias in his duobus uerbis, processi & ueni: natiuitate diuinitatis qua ex substātia patris añ secula genitus ē: Et natiuitatis, ip̄i⁹ humanitatis qua ex substātia matris in seculo natus est. Quāuis & hoc, qd̄ uenit prodiēs ex uirginis utero, procedere fuerit: sicut scriptum ē. Et ip̄e tanq; sponsus procedens de thalamo suo. Item in alio psalmo dicit ei: Intende prospere procede & regna. Qd̄ recte intelligit de p̄senti humanitatis eius uita, iuxta quā ueraciter dicitū est, puer Iesus proficiebat ætate & sapia, uis delict eo usq; proficiens, ut appareret dictis & factis, qd̄ ipse esset ip̄a sapia: & sicut dicitū, ita & factum ē, quia prospere processit p̄ annos paulo plus q̄ triginta, & tā breui exacto tpe ecce nunc regnat in p̄tate magna, quæadmodū dicit, data ē mihi om̄is p̄tās in cœlo & in terra. **V**erū nos hic agimus de illo antiquiore processu eius, de quo nō sine magno pondere dixerit. Ego em̄ ex deo processi. Quis nā ille processus, siue illa processio quæ fuit, nisi illa mirabilis atq; ineffabilis dilectio dicentis: fiat lux, fiat firmamentū, fiant luminaria, & cetera om̄ia: de qbus P̄salmista, contemplator illius dicti siue uerbi, statuit (inquit) ea in seculū & in seculū seculi, p̄ceptū posuit & nō p̄teribit. Igitur, ut supra propositū est in primis dicēdū nobis, ip̄a processio uel ip̄m procedere quid sit: & deinde processio filij, q̄ dixit, ego em̄ ex deo processi, in quo differat à processione sp̄s sancti, de quo idem dixit, quem ego mittā uobis spiritum ueritatis qui à patre procedit.

Psal. 22

Iohan. 3

Dux natiuitates Christi,

Psal. 18

Psal. 44

Lucæ. 7

Matt. 28

Iohan. 3

Gene. 1

Psal. 148

Iohan. 17

**Q**uid sit processio siue procedere, & cur de semetip̄o loquens p̄terito tempore dixit, processi, de sancto autem spiritu dixit p̄senti tempore procedit. Caput XV.



Processio est solennis egressio personarum maxime spectabilium, non sine quadam grauitatis festiuitate suam p̄sentiā exhibentiū, taliter, ut uenerationē quoq; digne mereant à conspectu plebiū, magna (ut sæpe fit) cū iocūditate occurrētū, magno cū gaudio deducētū. Et n̄m qd̄ procedere, q̄ locales sumus, ē proficisci de loco ad locū: diuinitas uero localis nō est, licet interdū locus illi ascribat, exempli gratia, cum dicit quispiā, uere etem̄ dñs est in loco isto, & ego nesciebā. Est autē processio diuinitatis effectus mirandi operis, unde sic perpenditur, sic mente conspicitur, maiestatis tantæ dominationis sicut ex facie cognoscitur dignitas hominis reuerendi, de loco ad locū cum uenerabiliter procedentis. Igitur effectus operis, si dociles, si attentī, si beneuoli sumus ad cōm

Processio qd̄ est

Gene. 28

ad contēplandā pulchritudinē tantæ p̄cessionis, docere nos p̄t, ut cognoscamus dñm maiestatis, dñm (inquam) maiestatis, filium q̄ iam dudū p̄cessit, dñm maiestatis nihilominus sp̄m sanctū qui adhuc p̄cedit. Hæc deniq; discretio in t̄pibus uerbi huius prudēter audien da est, quia de semetip̄o loquens filius dei, sc̄dm præteritū t̄ps dixit, ego em̄ ex deo p̄cessit de sancto aut̄ sp̄u loquens, p̄senti t̄pe dixit, q̄ à patre procedit. Proinde nimis incongruum esset, ambos scilicet filiū & sp̄m sanctū dicere procedens, cū procedētes participiū sit t̄pis p̄sentis, sicut & uerbū procedit, qd̄ de solo sp̄u sancto dictū est: filius aut̄ iam dudū (sicut dictum est) p̄cesserit, cuius p̄cessio fuit ille effectus operis, à quo deus, qui p̄ illū oia creauit, iam dudū cessauit, sicut manifeste scriptura dicit, Et requieuit deus die septimo ab uniuersa ope qd̄ patrarat, & benedixit diei septimo, & sanctificauit illum, q̄a in ip̄o cessauerat ab omni ope suo qd̄ creauit deus ut faceret. Nullā ḡppe nouā creaturā specie deinceps creauit, quam ante illam requiem suam in genere suo non creauerit.

¶ **Q**uod neq; filius ad creandū oia p̄cesserit absq; cooperatione sp̄s sancti, neq; sp̄s sanctus ad sanctificandū procedat absq; cooperatione filii. Ca. XVI.

**N**unquid uero p̄cessionē sp̄s sancti, qua nunc usq; p̄cedit ad sanctificationem creaturæ rōnal, secernimus aut secerni patimur à p̄cessionē filij, qua (sicut iā dictum est) dudum processit, & p̄cedere, id est, nouas creaturæ species condere uel patrare, cessauit. Nunquid hoc dicimus aut dici uel æstimari patimur, qd̄ filius ad creandū p̄cesserit absq; cooperatōe sp̄s sancti, aut sp̄s sanctus ad sanctificandū p̄cedat absq; cooperatōe filij? Absit hoc. Inseparabilis em̄ est totius opatio trinitatis, unius dei, unius & inseparabilis imperij. Et tūc, qñ p̄cessit filius ex ore patris dicētis, fiat hoc uel illud, ductor totius opis erat sp̄s sanctus: & nūc, q̄ diu ad sanctificandū p̄cedit sp̄s sanctus ferturq; sup aquas baptismi, idē ip̄e q̄ ferebat sup aquas in iitio, sicut scriptura dicit, filius arbiter & efficiēs causa est eiusdē sanctificationis. Et illic, ubi deus pater cū sp̄u sancto p̄ filiū cuncta creauit (oia p̄ ip̄m facta sunt, & sine ip̄o factū est nihil) & hic, ubi deus pater filio sanctificat electionē creaturæ rōnalis, delitiæ parant uel p̄ficiunt cooperatōe totius trinitatis: ille nimis delitię charitatis, quæ ita meminit sapia dei, filius dei: memor, eius quā dicimus suæ p̄cessiōis. Quando præparabat cœlos aderā, qñ certa lege & gyro uallabat abyssos, qñ æthera firmauit sursum, & librabat fontes aquarū, qñ circūdabat mari terminū suū, & legē ponebat aquis ne transirent fines suos, qñ appendebat fundamēta terræ, cū eorā cuncta cōponens, & delectabar p̄ singulos dies, ludēs corā eo omni t̄pe, ludens in orbe terrarū, & delitiæ meæ eē cū filijs hoim. Quid nā ē hoc, nisi ac si diceret, qñ dixit de⁹, fiat lux, qñ dicebat, fiat firmamentū in medio aquarū, cōgregent aquæ quæ sub cœlo sunt in locū unū, qñ (in q̄) hæc & cætera dicebat, & p̄ singulos dies uidebat qd̄ esset bonū, ego p̄cedebam ex ore eius, ego em̄ sum illa dictio siue uerbū eius. ¶ Igit̄ processio filij, t̄pe uel loco à processio ne sp̄s sancti nō secernit: quia uidelicet tūc ista facta sunt, qñ sp̄s dei super aquas ferebat, & sicut pater, ita & filius, ita & sp̄s sanctus, unus deus, ubiq; est & nullo loco cōcluditur. Tantū in effectū opis, distantia agnoscēda est processiois utriusq; scilicet filij & sp̄s sancti: quia uidelicet à conditione creaturarū siue substantiarū quæ utiq; p̄ filiū factæ sunt, oia em̄ p̄ ip̄m facta sunt, septimo die deus requieuit. A sanctificatione uero creaturæ rōnalis (qd̄ opus p̄ spiritū sanctū fit) nondū pater aut filius requieuit, nondū cessauit, unde dixit & lucas idem filius dei. Pater meus usq; modo operat, & ego operor. De illis delitijs sapiæ dictura uel plasmatione hominis, erit plenius dicendum.

¶ **C**ontra illos qui dixerunt spiritum sanctum a solo patre & non etiam a filio procedere, dictum a sapientia, en proferam uobis spiritum meum & ostendam uerba mea. Caput XVII.

**A**dem ip̄a sapia dicit paruulis. En proferam uobis spiritum meum, & ostendam uerba mea. Quid hoc est, nisi quod facturam se præuidebat, iamq; fecit ip̄a incarnata sapia? Cū em̄ resurrexisset à mortuis, stans in medio discipulose tuore, insufflauit & dixit eis, pax uobis, accipite spiritum sanctum, & sicut alius euāgēlistas dicit, tūc aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas. Nonne hoc erat sapia, id est, de fi

Filius p̄cessit sp̄s s. p̄cedit Ioh. 8 Idem. 15

Gen. 2

Inseparabilē totius trinitatis operatio

Proverb. 8 Processio filij ex ore altissimi.

Gene. 1.

Quo dicit filij & sp̄s sancti processio

Iohan. 5. Proverb. 8.

Proverbi. 1. Sp̄s s. etiā a filio p̄cedit. Iohā. 20. Luca. 24.

